

Johann Pasch Georg Friedrich Schwartzkopff

## De Romanorum Strenis

Rostochii: Weppling, 1688

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732449073>

Druck Freier  Zugang



R. u. phil 1688



FELICITER !  
DE  
ROMANORUM  
STRENIS,  
Sub auspiciū Anni novi  
MDCXXCIX.

In Universitate Rostochiensī  
Auctoritate Superiorum  
PRÆSIDE

JOHANNE PASCHIO  
Prof. Publ.

Publicè disputabit

GEORGIUS FRIDERICUS

Schwartzkopff / Walkend. Meklenburgicus,

Ad diem CAROLI.

In Auditorio maj.

ROSTOCHII,  
Imprimebat JOH. WEPPLING, Acad. Typogr.

1688.

CELSISSIMO  
PRINCIPI ac DOMINO,  
DOMINO  
CAROLO,

DUCI Megapolitano, vetustæ  
Gentis Henetæ Principi, Sverini  
& Raceburgi, Sverinensi Comiti,  
Terrarum Rostochii & Star-  
gardiaë Dynastæ &c.

PATERNARUM  
VIRTUTUM ac RERUM  
HÆREDI UNICO,  
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

*AB*  
Immenso Coeli Terræqve DOMINO  
Salutem & felicitatem!




facere constitueram, oportune in publica **CELSISSIMI TUI**  
Nominis solemnia incidunt. Gratias igitur atque preces  
Ter Optimo Maximo **NUMINI**, Strenas **TUO ILLUSTRISSI-**  
**MO NOMINI** hodie summa cum animi devotione oblatas  
volui. Uti me Dei misericordia citra dubium exaudiet,  
ita **TUA** me clementia forte non negliget. Neque fortui-  
to aut temere factum ominor, quod in calendario **CELSIS-**  
**SIMI TUI NOMINIS** decus inter Timotheos, Paulos, Po-  
lycarpos, Chrysoftomos & Samueles olim relatum fue-  
rit. Id indicio esse puto, nec sacra studia, nec horum cultor-  
es ab ullo **CAROLO** susque deque habendos. Bene sit Nostro  
**TALI TANTOQUE CAROLO**. Melius Felicissimo In-  
victissimi **HEROIS FRIDERICI WILHELMI** Genero.  
Optime Unico Incomparabilis **GUSTAVI ADOLPHI**  
Filio, omniumque subditorum Solatio. Vive valeque; Spes & unica  
Patriae cura ex voto **PARENTUM** feliciter! Ex **SERENISSIMAE**  
Conjugis **MARIAE AMALIAE** desiderio pancraticè! Ex **CEL-**  
**SISSIMARUM SORORUM**, omne virtutum decus adimplenti-  
um, precibus quam diutissime! Nos interea repetimus in-  
signe illud Atheniensis Reipl. votum, quod suo fascium Can-  
didato acclamare consueverant: **VINCAT PRINCEPS HOSTES**  
**ARMIS, CIVES ANIMIS, CORVOS ANNIS!** Haec & quae plura  
sunt, ex animo vovet

**SERENISSIMI TUI NOMINIS**  
**& CELSISSIMORUM DECORUM**

*Per scripte Rostochl die CAROLI.*

subjectissimus admirator

Jo. PASCHIUS.



Auspice JESU!

CAP. I.

DE STRENDARUM ORTU.

§. I.



OVUM, B. C. D, auspicaturi annū priscos Romani populi mores ritusq; Gentium his olim temporibus religioſe frequentatos paululum repetere, & breviter simpliciterq; de añiverſariis STRENIS meditari aggrediemur. Faxit JESUS, cujus anni deficient nunquam (a), ut post calamitoſa & conclamata fermè urbis hujus & Christiani orbis tempora felicior tandem Annus STRENIS aperiatur nostris. Sicut enim aurora roſeas pandens fores ſerenitatem pollicetur; ita felix olim (b) Annus à Caſaribus aperiri dicebatur, quum *Calendis Januariis* ad STRENAS accipiendas trabeati prodirent. Liceat ergò gentili verſu (c), Christianā verò mente, illu- celſentia novi Anni auspicia, hunc in modum excipere :

*Proſpera Lux oritur ; Lingviſq; animiſq; favete ;*

*Nunc dicenda bono ſunt bona verba die!*

*Lite vacent aures , inſanaq; protenus abſint*

*Jurgia; differ opus , livida lingua , tuum.*

(a) *Quam*  $\omega\epsilon\iota\text{Q}\epsilon\alpha\omega\omega$  *habet Paulus, Epist. ad Ebr. c. 1, v. 12. (b) Vid. Statius lib. IV. Sylv. I. Cujus verba hæc ſunt: Inſignemq; aperit Germanicus annum. (c) Quæ duo diſticha cecinit Ovidius lib. 1. Faſtorum, diſt. 36. 37. Conf. Tibullus lib. II. Elegia II, v. 1. 2.*

*Dicamus bona verba, venit natalis ad aras:*

*Quisquis ades, lingua vir mulierq; ſave!*

A

§. II. Hæc



§. II. Hæc illa Anni dies est, prima scilicet festa, Felix & candida (a), quam omnium generum, ætatum atq; locorum gentes DIIS suis, novi Anni Præsidibus (b), sacram, votis & sacrificiis sanctam, ritibus publicis ac privatis solemnem, conviviis ludisque lætam, mutuis muneribus utilem atq; strenuam multis abhinc seculis celebrarunt. Nos, quotquot CHRISTO nomen, felicitatē omnemq; salutē debemus, puriori animo cultuq; sanctiori eundem anni diem sacrū facimus. Sanctissimum JESU nomen primo Anni diei antiquitus nomen dedit, ut omnium ex sacro circumcisionis fœdere & baptismatis lavacro acceptorum nominū in nostris, quæ vocant, calendariis agmen salutare duceret. Primum Anni diem, memoriæ circumcisionis Christi consecratum piè feriamur, eodemq; nos invicem, recordatione æterni muneris cœlitus missi FILII DEI, votis & muneribus exhilaramus. Sic, sed Christiano more & usu diviniore imitamur mores Majorum, STRENASq; Gentium.

(a) Ita passim apud Poetas audit: Ovid. lib. IV. ex Pont. Ep. 4. v. 18. Candidus & felix proximus annus erit. Tibullū lib. 1. Eleg. VIII. dist. ult. candidior semper, candidiorq; veni. Persiū Satyr. II. v. 2. (b) Sic antiquiores Romani, qui ex insiruto Romuli à Martio novū incipiebant annum, Calendas Martias ANNÆ PERENNÆ dicatas habebant. Cujus nominis originem & Ἰωνίων more suo refert Ovidius lib. III. Fastor. v. 546. & seqq. Meminit & Macrobius lib. 1. Saturn. c. XII p. 243. Conf. Bochartus Geogr. Sacr. part. 2. lib. 1. c. 31. Qui verò ex mensum augmento Numa Pompiliū à Januario novum auspiciabantur annum, aut JANUO principiorum DEO, aut JUNONI sospite solemnia sacra ipsis Januarij Cal. faciebant. De illo legatur Ovidius lib. 1. Fast. v. 98. seqq. Quis Janus & cur bifrons dictus? exponit Gallus ad Laëtantium p. 76. Janus ist der Patriarch Noab, der hinter sich gesehen und gedachte hat in die Welt; so durch die Sündfluth umbkommen war; und in diesel so nach der Sündfluth auff's neu worden war. Herodianus lib. 1. cultum Jani religiosum sic describit: Νέω μὲν ἄρ' ἔτι σέφρασι τῶν ἐοσιῶν Παμναῖοι εἰς τὸν δεχαιότατον τῆς Ἰταλίας, Πιχάρον ἀναφέροντες, i. e. Anni

i. e. Anni ineuntis diem Romani festum agunt, ad vetustissimum Italiae Deum referentes. De Calendari Junonia festo testatur Carolus Neap. ad Ovid. Fast. lib. II. v. 55. Quod etiam corrigi, & mense Februario actum probat Seldenus de Syn. lib. 3. c. 14. n. 7. Etiam Judæi à principio anni DEUM pro tribunali sedere fingunt, cujus quandam ex Medrasch affert Buxtorffus in Synag. Jud. c. XXIII. p. m. 481. fabulam de Angelis à Deo in terrã, ut novi anni initium percontarentur, missis, quò eundem diem suo judicio destinandum explorarent. Quod in Tract. Rosch. Haschanah cap. 1. p. 16. fundatum videtur, ubi Rabbi Jochanan dixit: Anno ineunte tres libri aperiuntur, unus pro iis, qui ad impietatis culmen pervenerunt, alter pro summè justis, tertius pro intermediis. Summè justii ad vitam statim inscribentur; Summè impii ad mortem; Intermediorum causa in diem expiationum, mense Tisri celebrandum, differtur. Quia ergò ineunte anno tam grave de illorum peccatis à DEO feretur judicium, integrum mensem præcedentem penitentia agende impendunt.

§. III. Sed de STRENIS, quarum receptum & popolare commercium (a) his præcipuè diebus viget, quibus in sua se vestigia volvitur annus, tum demum optime constabit, quando primum in Grammaticas, deinceps in Historicas earum origines inquisitum fuerit. Omnis enim inquisitionis principium esse significationem nominis rectè judicat Themistius (b), & oportere prius vocis usum agnoscere, quo sæpe numero provehimur in rei cognitionem, eleganter præcipit Scaliger (c).

(a) Quæ Suetonii vox est in Tiberio, c. 34. p. m. 123. (b) in lib. III. Metaphys. c. 20. (c) Exercit. I. §. 1. p. 1.

§. IV. Sunt non omninò nulli, qui STRENÆ etymon ex Latio, sunt qui ex Græcia oriundum volunt. Veram originem tradidisse videtur Q. Symmachus (a), qui à luco STRENIÆ, unde Verbena felicitis arboris, novi anni auspices, accipiebantur, derivavit. Sirenia enim vel Strenua industriæ credebatur DE A, quam inter alias antiquorum sedulitas exco-

gitavit, *Agenoriam* nempe, *Sireniam* & *Stimulam*, quod ad strenuas actiones excitarent, stimulantq; (b). Adde, quod *Sirenia* DEAE Xeniis seu muneribus Calendis Januariis dandis accipiendisq; præesset (c). Gratis igitur & immerito *Donatus* (d) reprehendit *Marcellum*, quod *Sirenas* à *Strenuitate* dictas voluerit; facile enim fieri potuit, ut à *Sirenitate*, cui promovendæ coronandæq; præerat DEAE, diceretur STRENUA, unde deniq; STRENA suum sortita nomen.

(a) *Lib. X. Ep. 28.* (b) *Vid. Petrus Crinitus L. XXV. c. 11.* (c) *Notante, ex Augustini lib. IV. de Civit. Dei c. 16. Dempstero in Paralip. ad Rosinè Antiquit. Rom. lib. 1. p. 29.* (d) *apud Gruterum Tom. VI.*

§. V. *Festus* & *Nonius* (a), nescio quem literarum  $\sigma\alpha\sigma\mu\acute{o}\nu$ , & violentam literæ fibilantis S.  $\sigma\epsilon\sigma\theta\eta\sigma\iota\upsilon$  in subfidium vocantes, STRENAM quasi *Trimam* aut *Trenam* dictam volunt, à numero sc. *Ternario*, quo significetur alterum tertiumq; annum similis commodi eventurum, quæ eadem redeant munera. Quorsum eorum recidunt vota, qui ad munuscula oblata precari solent: *Veniant mille, sicut ille.* *Scaliger* (b) autem *Trenam* à *tertia officii representatione* dici mavult. Sed Hi aut ludunt, aut vim verbis inferunt,

(a) *Quos allegat Vossius in Etymolog. sub voc. Strena.* His suffragantur *Brissonius de Form. & Solemn. lib. 1. p. 92. Beermannus de Orig. LL. p. m. 870.* (b) *lib. III. Poet. c. 24. p. 254.*

§. VI. Qui Græcos expiscatum eunt fontes, STRENAM nostram aut à  $\sigma\tau\epsilon\lambda\omega\eta\varsigma$ ,  $\epsilon\sigma$ , aut à  $\sigma\tau\epsilon\lambda\acute{\omega}$ ,  $\epsilon\sigma$ , derivatum putant.  $\sigma\tau\epsilon\lambda\omega\eta\varsigma$ , pro quo alibi etiam legitur  $\sigma\tau\epsilon\lambda\omega\delta\varsigma$ , idem est, quod  $\tau\epsilon\alpha\chi\delta\varsigma$  *asper, effrenis*; à  $\sigma\tau\epsilon\pi\acute{\iota}\nu$  *inias*, ab *ablatis habenis*, quasi nullis legum habenis coerceri queat. *Hesychio* exponitur  $\acute{\omicron}\xi\delta\varsigma$ , *acutus*;  $\sigma\alpha\phi\eta\varsigma$ , *manifestus*;  $\sigma\upsilon\gamma\omega\delta\varsigma$ , *tristis*.  $\sigma\tau\epsilon\lambda\acute{\omega}$  verò *luxum & delicias*, *Apocal. XIIX, v. 3. 7. 9. truculentiam* 2. *Reg. XIX, v. 28* denotat. Neutra Græcarum vocum significatio nativæ STRENARUM pietati favet. Aut igitur derivationis hujus Autores ex longinquo alludere voluerunt, aut genuinos Strenarum natales Latinos agnoscere noluerunt,

runt, aut ad strenarum abusum intempestivè respexerunt;  
quod ὕστερον πρότερον.

§. VII. Neq; STRENARUM semper nomine veniebant  
*Strena*, sed à variis variè nuncupatæ leguntur. *Svetonio* (a), *Marti-*  
*tiali* (b) & *Turnebo* (c) etiam *APOPHORETA*, Gr. ἀποφορέτα, ἀποφορέτα  
ἀποφορέτα, similia erant munera, quæ Amici *Saturnalium* tem-  
pore mutuò mittere solebant. *Apophoreta* quoq; dicta fuisse,  
quæ *Saturnalium* ludorum aut *Spectaculorum* editores post  
ea finita mitterent Amicis, docebit *Lipsius* (d). Postea quoq;  
*Apophoreta* dicta sunt, quæ quis munuscula ex convivio ac-  
cipiebat ferebatq; domum, ut pyra, poma, aliaq; huius ge-  
neris (e). Tandem pro ipso vase, in quo munera reponaban-  
tur, usurpata (f) atq; hinc ad feretra, in quibus defunctorum  
reliquias ferri mos erat, translata vox fuit (g).

(a) *In Vespasiano c. XIX. p. m. 277.* Sicut *Saturnalibus* dabat *Viris*  
*apophoreta*, ita & *Calendis Martiis* foeminis. (b) *Epigramma-*  
*tum lib. XIV. Cui Apophoreta inditum nomen.* Ubi statim sub  
initium docetur divitum dona fuisse citreos eburneosq; pugillares,  
loculos, calas, chartas majores &c. pauperum quintuplices, chartas  
epistolares, candelas, nuces &c. Quæ per sortem contigisse discimus  
ex *Epigr. XL. p. 344.* Ancillam tibi fors dedit lucernæ, tutas quæ  
vigil exigit tenebras. (c) *lib. 28. c. 32.* (d) *symmachi locis quibus-*  
*dam lib. 1. Saturn. Serm. c. 16.* (e) *De quo Marcius ad illud Horatii*  
*lib. 1. Epist. VII. v. 17.* Non invisa ferēs pueris munuscula parvis. (f)  
*Vid. Isidorus Orig. lib. XX. c. 4.* (g) *Quod ex Autoribus media & infir-*  
*me Latin. Carolus du Fresne in Glossario testatur.*

§. VIII. *Plautus* (a) bonam *SCÆVAM* *Strena* con-  
struxit, eoq; idem significare subindicavit. *Scævam* ex *Græ-*  
*corum* οὐκ αἰσῖο, *levo* atq; *sinistro*, fecerunt *Latini*. Sicuti autem  
*sinistrum* non rarò bonum ac felix, sæpius malum ac impro-  
sperum notat, ita & *Scævum* in utramq; partem (b) sumitur.  
*Romanis* (c) tamen *SINISTRA* meliora habebantur; *Græcis* &  
*Barbaris* *DEXTRA* (d). Quamquam iidem in univèrsam,  
quæ bona erant, sinistra dixerint, etiamsi dextra essent. Et

verò eadem erant, quæ dextra Græcis, & quæ Romanis sinistra. ROMANI enim in meridiem, ubi sedem Deorum credebant, conversi, ortum à sinistra, ad dextram habebant occasum. Cum verò felicius omen præbere, quæ oriuntur, videantur, quam quæ occidunt, idcirco sinistra auspicia meliora Romanis habebantur. GRÆCI vicissim, cum de cælo fervarent, in septentriones obversi, ortum à dextra, à sinistra occasum habebant; eoque dextra ipsis auspiciatiora erant, quamvis ab eadem mundi parte venirent, unde Romanorum sinistra aut scæva (e). Hinc factum, quod *Plautus*, Latinorum elegantissimus (f), Strenæ SCÆVAM, eamque bonam, h. e. felix auspicium, junxerit. Nam bonæ scævæ ergo ad amoliendum fascinum multa superstitione fecerunt Gentiles.

- (a) *In Stichus, Act. V. Sc. II. vers. ult.* Bona Scæva strenaque obviam accessit mihi. *Conf. Taubmanni Comment, ad b. l. p. m. 1295. Idem Plautus videatur Act. III. Scen. II.* Cum strena obscævavit, spectatum hic mihi est. (b) *Bene à Plauto, male ab Apulejo in Apologia, p. 543. ubi scævi (i. e. mali ac infelici) ominis fœminam dicit.* (c) *Cujus locuples testis Cicero est lib. II. de Divinat. c. LXXV. his verbis: Fulmen sinistrum, auspicium optimum habemus, & omnes res.* (d) *Conf. Eiusdem Autoris & libri cap. 36. & 39.* (e) *Vid. Dionys. Halicarnass. lib. II. c. V. Conf. Barthius ad lib. III. Thebaid. Statij p. 807. seq. Taubmannum ad Virgil. p. 255.* (f) *Quo illum elogio maciat A. Gellius. Noct. Att. lib. I. c. VII. p. m. 15.*

§. IX. *Svetonius* (a) Strenam cum STIPE, ceu ejusdem tenoris voce, eleganter permutavit. STIPIS verò nomine appellabatur pecunia (b), quæ vel ex tributis redibat & condebatur in ærario, vel mendicantibus dabatur, vel Diis etiam offerebatur (c), vel ab Imperatoribus, contretandæ pecuniæ cupidine incensis, Calendis Januariis, sub extraordinario nummi signati (d) jure, exigebatur.

- (a) *In Caligula c. XLII. p. m. 166. Qui edixit & Strenas incunte anno se recepturum: stetitque in Vestibulo ædium Calend. Jan. ad captan-*

captandas STIPES, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. De Octavio Aug. idem Suetonius c. XCI p. m. 95. refert, quod nocturno visu etiam STIPEM quotannis, die certo emendicaverit à populo, cavam manum asses porrigentibus præbens. (b) Vid. Buchnerus in Fabr. Thesaurò sub voc. Stips. col. 711. (c) Quod Varro lib. IV. de L. L. his verbis docet: Diis cum in thesauros asses dant, stipem dicunt. Conf. Lipsius ad Tacitum p. 377. seqq. (d) Vid. Hoffmannus in Lex. Univers. Contin. Tom. II. § III. p. 926.

§. X. *Symmachus* (a) VERBENIS etiam *Strenarum* nomen & ulum tributum fuisse scribit, cum Rex *Tatius* VERBENAS felicis arboris ex *luce Strenia*, anni novi auspices, primus acceperit. Alioquin manifestum est (b) VERBENAM sacram & felicem fuisse frondem, ex sacro Capitolii alioq; puro loco ad quævis sacrificia requisitam (c), cuius fasciculi *Sagmina* & *Struppi* appellabantur (d). Hisce Verbenis coronatus Sacerdos erat, quando ad altare accederet sacrificaturus (e). Ipsum quoq; altare dictis ramis foliisq; decoratum virebat (f): Ut tamen cuiq; DEO & DEAE sua dedicata maneret arbor aut herba, qui bus altaria Eorum ornabantur. Sic Jovi *Esculus*, Apollini *Laurus*, Minervæ *Oliva*, Veneri *Myrtus*, Pani *Pinus*, Diis Inferis *Cupressus*, Baccho *Hedera*, Herculi *Populus* &c. sacra & ad verbenas usurpata arbor erat. Quæ verò arborum species DEAE STRENIÆ sacra fuerit, non constat. Optimè tamen constat *verbenam* ex facello *Streniæ* decerptam, novi Anni felix auspiciam fuisse *Tatio*.

(a) Lib. X. Epist. 28. per metonym. signi pro signato, adj. pro subj. (b) Ex *Tertullianus* verbis, quæ habet in *Andria* Act. IV. sc. IV. v. 5. Ex ara hinc fume verbenas tibi, atque substerne. Ad quæ verba *Donatus* ita. Verbenæ, qf. Herbenæ, sunt omnes herbæ frondesq; ad aras coronandas. Quibus similia *vetus Scholiastes* *Horatium* ad lib. IV. Od. X. scripsit, *Alcyon* *R. d. uter* / *Di. umen* *un. M. a. yen* / *damit* *man* *die* *Kirchen* *un* *d* *Altar* *sch* *m. a.* *ctet.* (c) Nam sacrificaturi verbenas adolebant, quod *Virgilius* *Elog.* VIII. vers. 65. liquet. Verbenasq; adole pingves, & malculæ thura (d) Vid.

(d) *Vid. Salmuth ad Pancirolium de Legatis.* (e) *Vid. Cicero in Pl. Ferr. verba: Præsto mihi Sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt. Etiam Feciales verbenis capita cinxisse testatur Virgilius lib. XII. Æneid. vers. 119. Velati lino, & verbenâ tempora vincti.* (f) *Sic. Jul. Caf. Scaliger lib. 1. Poet. c. 21. In iis aris Verbenæ imponebantur Apollini, &c. Guilielmus du Choul in Relig. Vet. Rom: ex marmore antiquo exhibet figuram altaris, folijs ornati, p. 242.*

§. XI. XENIA quidem ratione primarii (a) & immediati significatus *Strenis* æquiparari non possunt (b), respectu tamen Personarum, muneris & temporis, quando, cur & quibus oblata fuerunt, magnam cum *Strenis* affinitatem inter Autores Latinos habent. *Plinius Junior* (c) de se gloriatur, quod semper etiam à XENIIS abstinuerit. Quo solario in illos caufarū Patronos animadvertit, qui occasione Saturnaliorum & Calendarum per avaritiam à clientibus sordidè & cum dedecore dona sibi dari postulabant (d). Hoc igitur sensu XENI A pro minervali Advocatorum, aut supernumerario munere, ipsis mantissæ & strenæ loco gratis porrecto, postea verò per vim exacto, accipi & cum *Strenis* contendere facile possunt (e).

(a) *Varia enim sunt in vocabulo Xenii significaciones, quas sollicitè evolvit Raderus ad lib. XIII: Epigramm. Martialis fol. 843. Item; Th. Dempsterus in Paral: ad Antiq. Rom. Rosni lib. 1. c. XIII. p. m. 30. b. seq. Conf. B. Thomastus in Thesauro Erud. Schol. Basl. Fabr. sub hac voce col. 2017.* (b) *Malè igitur Hieronymus Wolffius Suida versiculum ex Archilocho Poeta transcriptum Xénia δυσμενεία λιγὰ κακὸν Ζόμεν* versit: *strenas hostibus acerbis largiens. Quod præbè notavit Dempsterus l. c.* (c) *lib. V. Epist. XIV. hoc modo: Quàm me juvat, quòd in caufis agendis non modò pactione, dono, munere, verùm etiam Xenio semper abstinui.* (d) *Quòd respexit Aurel. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 7. p. m. 210. Cùm multi occasione Saturnaliorum per avaritiam à clientibus ambitiosè munera exigerent, idq; onus tenuiores gravaret; Publicius Trib. plebi culti*

legem tulit, ut non nisi Cerei ditioribus missitarentur. (e) *Quod Alciatus clarius reddit emblem. XLV.*

*Rostro novo mihi setigeri suis obtulit anno,  
Hecq; Cliens ventri XENIA, dixit, babe.*

§. XII. Græcus loquendi usus vix habet, quo Romanorum *Strenans* accuratè exprimat. Tria tamen sunt, quibus id attentant, vocabula, quæ subito reperire potuimus. *Dioni* (a) *Strena* vocatur ἀργύριον, nummus argenteus (b) Cujus quoq; nomen apud *Mattheum* (c) occurrit, ubi proditiōnis Judæ mercedem fuisse dicit τεράριον ἀργύριον. Deinde *Eυαρχισμὸν* appellabant Græci (d) *Strenam*, quia bonū & felix Anni initium ad munera porrecta volebant, unde & vota pro ipsis donis sæpius accepta legimus (e), *Ulpiano* deniq; *Strena* à distributione ἐπινομις vocata fuit. Quem reprehendit *Cynulcus* (f), contra defendit *Casaubonus* (g), ostenditq; elegantissimè ita dici, quia ultra legitimum canonem & onera necessaria data fuit. Nobis *STRENA* nunc à tempore *das Neue Jahr*; nunc à tempore & munere simul, *das Neue Jahrs-Geschenk* vertitur & vocitatur.

(a) Cujus verba ex *Hist. sua Rom.* hæc sunt: Ὁ Τιβέριος ἐπειδὴ καὶ μετὰ τὴν ὑπελευθέρωσιν τῆς ἀργύριον αὐτῷ ἀρομήν γευκας, ἔτε ἐδέξασθαι.

(b) Laxa nimis appellatione, quod vocem Latinæ parem Græci non habent, judice *Casaubono* in *Comment. ad Sueton. p. 375.* (c) c. XXVI, v. 15. (d) ut est in *Glossis Cyrilli*, fortè quod oblatione earum felix initium anni feret. (e) Quorsum spectat *Tit. XXIV* Cod. Theod. de Oblatione Votorum, ad quem *Comment. passim* vide.

(f) Cujus apud *Athenæum* mentio fit lib. III. *Dipnos. c. 18.* huic voci κεννοφυσία exprobrans. Quod *Dempsterus* atq; *Hoffmannus* perperâ eò referunt, atq; si per religionem nefas fuisset, *strenâ* alio, quàm suo Romanis indigenâ, nomine nuncupare. Vid. *Joh. Strauchius* in *Diss. Acad. ad L. sing. Cod. Justin. de oblat. Votorum c. IV.*

(g) in *Animadv. ad Athen. l. c.*

§. XIII. Cùm deniq; nulla nos vera & accurata  
B STRE-



STRENÆ æquivocatio impediatur atq; diffrahatur; nec ab Aliis observata nobis innotuerit, rectè ad describendas STRENAS nos expedimus. STRENA enim largiùs accepta non plures res significat, quàm *festivum aliquod munus, quod die religioso dabatur omnino boni gratiâ.* Romanis verò cultioribus STRENÆ *publica*, famosiori significato acceptæ, erant *votiva quædam & ominosa munera, quæ quotannis ipsis Calendis Jan. ultra legitimos redditus Imperatori dabantur, quæ illi longevitatem precabantur, sibi verò gratiam conciliabant subditi.* Plurimæ, quæ strenas multis modis circumstant, rerum diversitates uti hanc delineationem vix destruant, ita nec novam requirunt, aut, si requirunt, ex conceptis aliam facile gignent.

§. XIV. Jam ad *Historicos* STENARUM natales evolvendos properandum. De antiqua earundem origine vix dubitari potest. Cum verò aliquid non uno modo antiquum sit, alia enim sunt ipsius REI, alia RITUUM, alia VOCIS initia. Ita sanè sacra primo Anni diei *officia*, ab ipso Deo, dudum ante Romanos, populo Dei præcepta (a) legimus; de *ritibus*, quæ Judæi anni ineuntis festum celebrabant (b), partim communicabant Gentes (c), partim novos addebant; Solius *vocis Sirenæ* origo & usus Romanis solis debetur. Cæteri autem sequiores populi (d) *Romanorum* potius strenas, quam *Judæorum* festa clangoris, eorumque ritus atque mores, circa annorum quilibet suorum primordia, imitabantur.

- (a) *Levit. c. XXIII, v. 24. Numer. XXIX, v. 1. Hujus loci legem adducere liceat: Mensis etiam septimi (Tisri, qui anni politici caput est, novæ Septembri responder) & prima die convocatio sancta erit vobis, omne opus servile non facietis in ea, quia dies clangoris est. Offeretisq; holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulum de armento unum, arietem unum & agnos anniculos immaculatos septem; sacrificium cibatorium eorum, similæ, oleo consperx tres decimas*

decimas, ad vitulum unum: duas decimas per arietem; unam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem; & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi præter holocaustum calendarum cum sacrificiis suis, & holocaustum sempiternum cum sacrificio suo cibatorio &c (b) Quos recenset *Buxtorffius Synagoga Jud. c. XXIV. p. m. 494. seqq.* (c) Maxime quod sacrificia, vota, convivia & dulces fructus, primo anni die affatum comestos, accinet. (d) Græci, Rugiani, Tartari, Dalmatae, Croatae, Angli, Itali, Germani &c. de quibus infra pluribus.

§. XV. Sed redeamus ad Romanas gentilium *Strenarum* origines. Quarum antiquitatem à *Tatio Rege*, penè cum ipsa urbis origine repetit *Q. Symmachus* (a). Illum enim verbenas felicitis arboris ex luco *Streniæ*, anni novi auspices accepisse primum ait. Quem *Symmachii* locum elegantiori carmine (b) expressit *Metellus*, vetus Poeta Christianus & Germanus Monachus, eandem *Strenarum* originem supra millesimum Christi annum prolixè profecutus. Deniq; insignem *Strenis* antiquitatem fœneratur antiquissimus *JANI & STRENIÆ* per anni principia cultus. A *Jano* Januarius, primus anni mensis, quem *Numa Pompilius* cum *Februario* adjecit *Romuli* denario mensium numero, nomen accepit. (c). Quod verò arbitrabantur *JANUM*, omnium civilium actionum præsidem laborumq; auctorem; & quod per *Janum* credebatur accessus patere ad superiores Deos cæteros, precesq; supplicum per Eum, tanquam per cœli portas transmitti, primus omnium semper, etiam pro felici anni auspicio, in vocabatur (d). *STRENIÆ* lucus, sacellum aut ædícula jam tum *Romuli & Tatii* Regum ætate, cultus religiosi nomine, inclaruit. Situm verò fuit hoc sacellum in quarta Urbis regione (e) ad sacræ viæ (f), celeberrimi loci (g), caput (h). *STRENIA* enim *DEARUM* haut extrema erat, quia *Xeniis* seu muneribus, *Calendis Jan. dandis* accipiendisq;, præerat (i). Ejusq; à strenuitate aut bellica fortitudine nomen deductum probat *Marcellus* (k).

(a) *Mereatur non uno nomine Epistola 28. lib. X. laudari Symmachi, quae  
integra adscribatur:*

DDD. Valent. Theod. & Arcadio Auggg. Symmachus V. C.

PRÆF. VRB.

Ab exortu penè Urbis Martiæ Strenarum usus adolevit, autoritate Tati  
Regis, qui verbenas felicitis arboris ex luco Strenuæ anni novi auspices  
primus accepit, DD. Imperatores: Nomen indicio est Viris Strenuis  
hæc convenire ob virtutem; atq; ideo vobis hujusmodi insigne de-  
beri, quorum divinus animus magis testimonium vigilantiae, quam  
omen exspectat. Sumite igitur Defensores publicæ salutis SOLEN-  
NITER AURO DUCTA MUNUSCULA; non quia divitis me-  
talli honore gaudetis, sed ut nostra DEVOTIO felicitis seculi testetur o-  
pulentiam. Bonis PRINCIPIBUS benè parta libamus. Suscipite à  
Judicibus aperta obsequia, qui pretia occulta damnatis. Meritò vo-  
bis solennes pateras cum quinis SOLIDIS, ut numinibus integritatis, of-  
ferimus, quibus nec vester pudor, nec noster census oneratur: MA-  
NEAT ÆVUM talis circa vos usus officii, & honorem Clementiæ  
Vestrae interminus ANNORUM RECURSUS instauret: Libenter  
Strenis solennibus PRÆFECTURA fungetur, Strenuis deferenda. *En vo-  
rorum oblationem & antiquitatum farraginem! Conf. Jac. Geibofre-  
du Comment. ad lib. VII. Cod. Theodos. Tit. XXIV. de oblat. Vol. p. 449.*

(b) *In Quirinalibus, carm. s., quod ita habet:*

*Sirena præterea nitent*

*Plures aureola, munere regio,*

*Olim Principibus probis*

*Jani principis auspicio data,*

*Fausto temporis omine,*

*Ut ferret Ducibus Strenua Strenuis*

*Annus gesta recentior.*

*Illas Nobilitas Caesaribus piis,*

*Rex dignis Procerum dabat.*

*Urbi quas Latiae tum Juveni dedit*

*Rex Titus Tatius prior.*

*Festas accipiens paupere munere*

*Ver-*

*Verbenas studio Patrum,*

*Sollers posteritas quas creat aureas.*

*Dona tamen.*

*A luco veteri nomine.*

Vid: Codex Theo-

dof. l. c. & Barthius in Adversariis lib. LIII. c. 12. (e) Quod pluribus persequitur Macrobius lib. 1. Sat. c. XII. XIII. Rosinus Rom. Ant. lib. IV. c. 1. p. 239. seqq. (d) Ita Cruquius ad illud Horatii Sermonum lib. II. sat. 6. v. 20. seqq.

*Matutine Pater, seu fane libentius audis,*

*Unde homines operum primos vitæq; labores*

*Instituunt &c.*

(e) Inter cujus adiculas num. 14. Joh. Rosinus

Antiq. Rom. lib. 1. p. 28. Sacellum Deæ Strenuæ recenset. (f) De qua conf.

Dempsterus ad Rosini l. c. (g) Sic viam sacram appellat Seneca lib.

de Consol. ad Marciam c. 16. & ante illum Asconius Pedianus comment. in

Orat. 2. in C. Verrem. (h) Quod M. Ter. Varro lib. IV. de L. L. bis verbis

innuit: Ceroliensis à Garinarum junctū dictus Carina, postea Cerio-

nia, quod hinc oritur caput sacre viæ à Streniæ sacello. (i) Auctor

est Augustinus lib. IV. de Civ. D. c. 16. (k) Cap. 1. num. 56. ex Pompo-

nio Attellanario, in Piætoribus ita: Asside, si qua veniet Strena strenuæ.

§. XVI. Cū igitur nobis antiquiora Sirenarum

vestigia indagare non liceat, in adductis atq; detectis secure

acquiescimus. Neq; est, ut cum nonnullis (a) ad SATURN-

NALIORUM origines ritusq; vetustos relabamur, indeq;

propriū Sirenarum ortum temerè deducere, munera saturn-

nalitia cum Calendarum Strenis imprudenter confundere,

Autorum testimonia immeritò pervertere affectemus. Cer-

tum enim est, & ab omni historiâ confirmatum Saturnaliorum

ferias multis antegredi seculis Romanarum Calendarum so-

lemnia. Ut ut enim cum Goropio Becano (b) non somnie-

mus Saturnalia primū in Noachi arcâ celebrata fuisse tem-

pore diluvii, eo mensis decimi die, quo primū jugamont-

tium ex aquis apparere cœperint; aliunde (c) tamen accep-

imus multo ante Romanæ urbis ætatem non in Italia mo-

do, sed & in Græciâ (d) illa floruisse. Unde Saturnalio-

rum

rum Auctorem quidam *Janum*, alii *Herculis Comites* in Italia relictos, nonnulli *Pelasgos* in Delum Insulam delatos faciunt(e). *Roma* verò divum Saturno fanum ex voto consecravit, & prima Saturnalia instituit, cum bis de Albanis, de Sabinis tertio triumphasset, *Tullius Hostilius* (f). Siquidem *Janus* atq; *Saturnus* concordēs regnassent, vicinaq; oppida communi operâ condidissent, posteri quoq; duos illis continuos menses dicarunt, ut *December* sacrum Saturni, *Januarius* alterius cultum daret. Neq; sine mutuis Saturno rem divinam faciebant muneribus. *Cyrenenses* ficis recentibus coronabantur, *placentas*q; mutuo missitabant, mellis & fructuum repertorem Saturnum æstimantes. Apud Romanos usu receptum erat, per Saturnalia *cereos* mittere (g). Nec *Nummos Saturni* inusitados fuisse crediderim, quia *Janus*, cum primus æra signaret, & in hoc servavit Saturni reverentiam, ut, quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem nummi parte sui *capitis* effigies, ex altera verò *navis* exprimeretur (h), quo Saturni memoriam in posteros propagaret. Ex his liquet Saturnalia & Januarias Calendas, dona Saturnalia & Strenas &c. multis differre modis, maleq; confundi. In cuius præcipitata sententiæ auxilium neq; adducendus *Macrobius* (i), neq; intelligendus *Tertullianus* (k), neq; detorquendus *Spartianus* (l) atq; *Suetonius* (m). Illorum enim nemo dicit Strenas à Saturnaliorum festo originē deducere domesticā, quod fuisset probandum.

(a) *Quod, pace Excell. DN. D. Joh. Gothardi Bökellii, heic loci notasse & ex Diacribe sua de Novo Anno, ejuſq; Ritibus, c. IX. impunè correxisse liceat. Cujus verba sunt: Macrobius 1. Saturn. c. 7. tradidit: Strenas dari solitas in memoriam ætatis Saturni, in quâ homines liberales erant. Tertullian. l. de Idol. à festo Saturnaliorum, quo munera mittebantur & remittebantur, originem Strenarum deducit &c. Spartianus de Hadriano: Saturnalia & Sigillaritia amicis inopinantibus misit, & ipse ab his libenter accepit. Idem de Augusto & Vespa-*

& Vespasiano Svetonius testatur in Vit. Illorum. Quibus verbis Srenarum quoq; origo ad Saturnaliorum ritus reducta omnino videtur. (b) lib. IV. Orig. Antverp., quem Cronia, inscripsit. (c) Ex Macrobij lib. 1. Saturn. c. VII. pm. 217. 221. Conf. Jac. Oiselim J.C. in Not. ad A. Gellij ista: Saturnalia Athenis agitabamus hilarè prorsum & modeste. lib. XIII. c. 2. p. 436. (d) Quod ex L. Accij Annalibus, ejusque hinc versibus probat Macrobius l.c.

Maxima pars Grajum Saturno & maxima Athenæ Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis; Eumq; diem celebrant; per agros urbesq; fere omnes Exercent epulis leti; famulosq; procurant Quisq; suos: nostriq; itidem & mos traditus illinc Iste, ut cum Dominis famuli epulentur ibidem.

- (c) Quorum sententias prolixè recenset Macrobius lib. 1. Sat. c. 7. p. 218 seq. (f) Hanc & plures enarrat opiniones Macrobius lib. 1. Sat. c. VIII. p. 222. (g) Causa missorum in Saturnalibus cereorum erat triplex, vel (1) ut Saturnum, humanorum capitum loco, luminibus placarent, (2) ut significarent se hoc Principe à vitæ rudis ac inculta ad politiozem, tanquam à tenebris ad lucem, traductos fuisse, (3) ut Patronorum sacram aurifamem, ex lege Publicij, non nisi cereo sedarent. Vid. Macrobius l. 1. S. c. VII. p. 220. Dempsterum ad Ros. Antiq. lib. 1. p. m. 31. a. (h) Hinc pueri in alea lusu, cum denarios in sublime jactassent, exclamabant: Capita aut navim. Cui ille Augusti lusus affinis est: par impar. Vid. Macrobius l.c. p. 217. (i) Apud quem citata à Dn. D. Bokelio verba non reperio. (k) Quæ lib. de Idolol. c. 24. Saturnalia à Januarijs, Saturnalia à Srenis aliâq; donis expresse distinguit, & ut distincta refert. (l) Neq; Spartianus neq; Svetonius locû suprâ adductu Saturnalia munerum calendarum Jan. tempore, nec Srenas Saturnaliorum festo permutari dicunt. Stat ergò inconcussum Srenas à Saturnalibus canali historiconon defluxisse.

## C A P. II.

### DE STRENARUM USU.

§. I. **P**erlustratâ in illis gestarum rerum tenebris, & ex STRENIÆ luco repetitâ STRENARUM origine, ad

ad earum USUM non sine pari lucis inopia accedimus. Ne tamen hac rituum Romanorum nocte sine ordine, ceu rerum luce, hallucinemur; inq; hoc Dædali antro sine Ariadæo vagemur filo, pleraq; , quæ de Romano Strenarum Usu dici poterunt, ad tritissimum illum circumstantiarum verficulum: *Qvis, Quid, Ubi, Quibus auxiliis, cur, quomodo, quando*; redigere studebimus.

§. II. QVIS? Omnium primò mortales, calendis Januariis, DIIS suis immortalibus pro præstito & præstando per annum beneficio, sacra ferebant munera. Sic JANO, primo hoc anni die, publica sacra fiebant ex *libo, mola, thure & emero* (a). Cui & *stipem* ineunte anno offerebant (b). Templorum quoq; *Aesculapio & Jovi*, in Insula Tyberina, dedicatorum, plurimâ & solemniissimâ celebritate, memoriam colebant (c): Illi *capras* atq; *Gallinas*, huic *candidum bovem, molamq; salsam* litabant. Diis verò suis peculiaribus *pecuniolam* aliquam singulis Calendis porrectam testatur *Heraldus* (d). Inde ad *Reges, Consules* atq; *Cæsares*, quibus ferme Divinos honores Gentilium superstitione deferebat, ille derivatus mos fuit. STRENAM ex luco Streniæ primum accepisse *Regem Tullum, Symmachus* (e) docuit. *Consulibus, Ducibus* atq; *Principibus* strenuis eosdem honores oblatos fuisse ex *Messelli* carmine *Quirinalium* rectè eruit *Barebius* (f). Constitutâ deinceps per *Octavium Augustum*, Monarchiâ mos inolevit, ut Senatus totaq; civitas *Imperatori*, velut publico parenti, Strenas publicas mitterent. Ex quâ oblatorum summa *Augustus*, pretiosissima Deorum simulacra mercatus, vicatim dedicabat, ut *Apollinem* Sandaliarium & *Jovem* Tragædum aliaq; (g). Existat quoq; inscriptio (h), quam ex *Torrentio* profert *B. Jo. Strauchius* (h), quæ Vulcano ex novi anni stipe positū donū. Itemq; vetus lapis, Laribus publicis ab *Augusto* Imp. ex Strenis sacratu (k). Sed hoc Strenarum commercium,

cium, ne ultra Cal. Jan. exerceretur, prohibuit *Tiberius* (l). Offensus interpellari se toto mense ab iis, qui potestatem sui die festo non habuissent. Quare & hisce Calendis ab urbe abesse solebat, ne hominibus, ob magistratus novos & ferias occupatis, negotium præberet, neve strenas ab iis acciperet, quod *Augustum* fecisse improbabat, quia ea res multæ molestiæ, multi in rependendo sumptus esset. Aliter *Caligula* (m), qui ineunte anno in ædium palatinarum vestibulo ad captandas stipes stetit. Sed *Claudius* (n) iterum hoc strenarum aucupium sustulit. *Arcadius* verò deinde & *Honorius* hanc offerendi devotionem reducerunt ad libram auri, solidis LXXII. obryzatis, exhibendam, eamque animo lubenti non modo susceperunt, sed & statuerunt, ut deinceps sequentibus annis unius cuiusque sedulitas Principibus suis talia ingerant semper & deferant (o). Sic Imperatores accipiebant strenas, non ut oblatas semper servarent, sed dantibus sibi & offerentibus quasdam, pares aut etiam majores redderent (p). Populo in primis & militibus STRENAS dare Imperatores solebant, ut vel illorum favorem sibi acquirerent, vel acquisitam servarent. *Augustus* in illis erogandis adeo multus fuit, ut ne parvos quidem pueros præterierit. Nemo autem *Jul. Cesare* profusior, quo de multa Historici notant (q). Eâ ratione *Julianus* Christianos Strenis suis ad thus & aram seducere attentavit (r). Sed quod Rom. populo & militibus Jan. Calendis Imperator Romano, idem Paschatis festo *Constantinopolitanus Imp.* Clericis non tantum (s), sed & aliis (t) largiri & distribuere solebat. Imò *Luitprandus Ticinensis* (u) Principes etiam Christianos ante diem palmarum omnibus operis suis erogasse munera docet. Quem tamen deinde abrogatum esse morem scribit *Codinus Curopalata* (w). Neque Imperatores soli dabant & accipiebant Strenas, sed & *Senatus & Consules* publicam Strenarum largitionem præsentibus videbant,

C

Ipsi-



Ipſiq; faciebant (x). Cum primis *novi Conſules* calendaria dona in vulgus ſpangebant (y), Strenasq; à *Pop. Rom.* viciffim exſpectabant. Nec ſolum *publicè*, ſed & *privatim* privatis debebantur *Strena*. Qvòd docere nos poterit *Auſonii epiſtola* (z) ad Urful, Grammaticum Trevirorum ſcripta, cui Strenas Calendis Jan. ab Imperatore non datas reddi fecit. Similis privata Strenarum donatio conſtat ex *Symmacho* (aa), qvem locum *Scaliger* (bb) notat. Ita qvoq; Tribuno annuas decretas fuiſſe Strenas apud *Trebellium Pollion.* (cc) in venies. Ordinariè verò *Cientes* (dd) ſuis cauſarum Patronis & *Advocatis*, itemq; *diſcipuli Præceptoribus* (ee) ſub anni initium, ominis felicitis ergò, Strenam offerebant. Qvam uti non debebant, ita nec recipiebant facilè. Prætereà circa hæc calendarum Jan. tempora promiſcuè Amicos amicis, Optimates optimatibus, inferiores Proceribus, Proceres inferioribus &c. cum felicitis auſpicii votis varia miſſitaſſe munera, & per ſpecioſos sæpe apparatus exornatſe prolixè deſcribit *Libanius* (ff). *Fæminis* non Januariis, ſed Martiis Calendis Strenas fuiſſe exhibitas à *Veſpaſiano*, earumq; maritis & amatorib9, non uno in loco (gg) obſervatum vidimus. Atq; ſic primam uſus Strenarum circumſtantiam, QVIS dare atq; accipere Strenas debuerit? breviter & perfunctoriè reſenſuimus. Quid hodie apud alios, huius circumſtantiaè reſpectu, populos valeat, alibi à nobis (hh) ſcriptum eſt. *Paulus Venetus* (ii) de *Tartaris* reſert, qvòd die Calendarum Februarii, qvi eſt initium anni Tartarici maximum & ſolenne, Civitatum Rectores & Provinciarum præfecti mittant *Imperatori ſuo Chæm* munera aurea & argentea &c. idemq; cæteri *Tartari* invicem faciant. *Polyd. Vergilius* (kk) in *Anglia* inferiores dare Strenam ſuperiorib9, Principes Regi, tradit: ut tamen Hi dantibus aliquid contra donent, qvo liberalitas, ut boni ominis nuntia, mutuò communicetur. Apud *Italos* verò ſummos Viros infimis dare Strenam idem  
teſta-

testatur. Quod multis æquuum & pium videtur, maximè cum *Augustinus* (ll) etiam Strenas pauperibus dandas svadeat. Sed noli generosum Strenarum usum cum misero eleemosynarum fine confundere, Intelligenti fatis!

(a) *Quod ex Festo & Ovidio accuratè deduxit Job Rosin* *Antiqv. Rom. lib IV. c. V. p. 254.* (b) *Heraldus ad lib. 8. Epigr. 33. Marcial.* (c) *Vid. iterum Rosinus l. c.* (d) *l. c. Ex quo idem refert Hoffm. L. U. p. m. 926. sub voc. Serena.* (e) *In ãpist. sup. adscripta.* (f) *Advers. lib. LIII. c. 12.* (g) *Vid. Svetonius in Octavio Aug. c. LVII. p. m. 57. seq.* (h) *hujus argumenti: Imp. Cæs. Divi, F. Augustus. Pontif. Max. Imp. XIII. Cos. XI. Trib. Potest. XV. Ex stipe, quam populus Romanus Anno novo ablen- ti contulit, Nerone Claudio Druso T. Quintio Crispino Cos. Volcano.* (i) *Diss. ad L. singularem Codd. Th. & Just. de Obl. Vet. c. IV.* (k) *Cujus bac inscriptio: Laribus publicis sacrum. Imp. Cæs. Augustus Pont. Max. Tri- bunitiæ potest. XVIII. ex stipe, quam populus ei contulit K. Januar. ablen- ti C. Calvisio Sabino. L. Passieno Rufo Cos.* (l) *Apud Sveton in vit. Tib. c. XXXIV. p. 123.* (m) *V. Sveton. in V. Cal. c. XLII. p. 166.* (n) *Conf. iterum Svetonius in Vit. Claud. c. XXII. &c.* (o) *Quorum rescriptum ex Cod. Theod. lib. VII. Tit. XXIV. p. 448. hoc est: Imp. Arcadius & Hono- rius AA. Basilio P. V. Quando votis communibus felix annus aperitur, in una librâ auri solidi septuaginta duo obryziaci (rectius: solidos septuagin- ta duos obryziacos) Principibus offerendi devotionem animo libenti sus- cipimus. Statuentes, ut deinceps sequentibus annis unius cujusque sedu- litas Principibus suis talia ingerant semper & deferant. Dat. III. Non. Mart. Med. Olybrio & Probino Cos.* (p) *Sic Tiberius, l. c. Svetonij, consueverat & quadruplam serenam de manu reddere.* (q) *Vid. Bus- leng. de Imp. Rom. lib. II. c. XI. p. 218. Conf. Filescacus, Paris. Theol. in Comment. cui tit: Dignitas venalis.* (r) *Quod refert P. Diaconus l. II. bis verbis: Cùm venisset tempus, quo imperialia milites solent do- na percipere, hoc enim agitur plerumque die Calendarum Jan. & natali Principum & urbium Regiarum, Julianus exquirit, qvatenus eos sim- pliciter ex prisca consuetudine fallere posset, jussitq; ut unusquisq; ad manus Imp. accedentium, ab officiis ad monitus, primò incensum offer- ret. Erat enim ante Eum thus positum & area secundum antiquam Rom. consuetudinem.* (s) *V. Codinus Curopalata de Offic. Eccles. & Ant. Constant. c. XIV. n. 18.* (t) *Quod memorat Eusebius lib. IV. de Vit.*

**Consuetudo:** Manè die Paschatos sub ortum auroræ, imitatus beneficia Servatoris Christi, Gentibus & populis beneficam dextram expandit, omnia opulenta omnibus donans. *Cedrenus illud die XV. April. factum dicit p. 605. (u) lib. VI. c. 6. (vv) l. c. (x) Quod docet Libanius in Εκφράσει καλεσθ. h. m.* Senatus præsens hanc fieri videt largitionem, & verò ipse facit. Nam ex Senatorum manibus hi nummi veniunt officio. (y) *Quod tamen abrogarunt Valens & Marcianus L. 2. C. de Consul. & non spargend. Sc. Permissi iterum Justinianus Novell. 18. & Leo Constit. 39. (2) II. Adde versus in epist. (aa) Epist. V. ad Theod. & Arcad. Augg. (bb) Lect. Auson. lib. II. c. 23. (cc) in D. Claudio, Edit. Salmas. p. 207. B. (dd) Quod ex Martialis Epigramm. 33. v. 11. 12. lib. IIX. videre est. (ee) Sic Libanius in. Εκφρ. καλ. Qvi Sapientis studio operam dant, statuunt tunc temporis mercedem in festi gratiam. *Conf. Frid. Morellum in Not. ad b. l. (ff) l. c. (gg) De Vesp. Suetonius in Vit. Vesp. c. XIX. p. m. 278. Conf. L. 31 § 8 ff. de Donis int. Vir. & Ux. Si Vir uxori munus immodicum Calendis Martiis aut natali die dedisset, donatio est. (hh) In Dodec. Hist. Anno 1683. Witteb. edita, Sect. II. Erot. IV. (ii) In descript. Tarsar. lib. II. c. 15. (kk) In de Invent. rerum lib. V. c. 11. p. 33. (ll) Serm. VII.**

§. III. QUID? Munera, quæ STRENARUM nomine veniebant, ob diversos temporum, itemq; dantium & accipientium respectus, diversi quoq; variiq; generis erant. *Ovidius (a)* non minus luculenter, quam eleganter docet ab initio, dum pauper populus, dum Roma nova erat; pascebatq; ipse Senator oves suas, & jura dabat populis, posito interim aratro, Consul; obtinuisse, ut DULCIA LUCRA, Candida sub niveo favo mella, rugosaq; carica; itemq; (b) caryotæ sive caryotides auspicali dono darentur, Caryotæ autem illæ, Jani Calendis porrectæ, nunc aureæ. (c), nunc sputo (d) linitæ Martiali (e) scribuntur. NUMISMATA quoq; Herodiano (f) teste, alter alteri missitabat, quæ primum ærea fuisse, & ex unâ parte formæ bicipitis Jani, ex altera puppis effigie signata vult *Ovidius (g)*. Cum quo paria facit *Beroaldus (h)*. Notæ verò hujus nummo impressæ causam aliam à Saturni navi, quæ Italiam appulsus, sumpsit

sumpsit apud Ovidium *Janus* (i); aliam ab ipsa navium in-  
 ventione Jani petiit *Draco Corcyraeus* (k). Sic quoque mate-  
 ria respectu *Martialis* hanc monetam, ob commixtum plum-  
 bum, *nigram* vocavit. Sed vilioris formæ intuitu eandem  
*Ovidius* (l) *Stipem*, i. e. signatum nummum dixit. Nec di-  
 tiora munera, quam VERBENAS, suâ ætate accepisse Re-  
 gem *Tatium* ex *Symmacho* (m) atque *Metello* (m) liquet. LAU-  
 RI etiam *folia* Magistratibus à Pop. Rom. fuisse aliquando  
 oblata testatur *Cesarian. Bassus* (n). Consules vicissim Populo  
 Rom. distribuissent TESSERAS *eburneas* & PUGILLARES,  
 quibus inscripta Consulium nomina, eleganti carmine de-  
 cantavit *Glandianus* (o). Præterea Clientes tulisse Patronis  
 & Procuratoribus suis *Caryotam* & ASSEM PARVUM, de-  
 spicatur quondam habuit, & abjectè retulit *Martialis* (p).  
 Nam CEREOS tantum illis per Saturnalia potissimum  
 offerendos sancivit *Publicius*, quia pro suâ, qua erant, ava-  
 ritiâ plus debito atque solito à tenuioribus Clientibus exege-  
 rant. *Anastasius* (q) tamen Imp. Iphis SOLATIA (r) Ca-  
 lendis Jan. reddenda iussit. Cæteroque per XENIA non-  
 nulli (s) munuscula Patronis data intelligi volunt, eorumque  
 nomine esculenta partim & poculenta, à *Martiali* (t) pro-  
 lixio catalogo enumerata, comprehendi probant. Denique,  
 ut paucis multa dicam, *Romani* illo potissimum Calendarum  
 Jan. die se invicem colebant salutabantque; varia dona ultrò  
 citroque mittebant, & communicatione mutuâ PULCHER-  
 RIMARUM quarumque RERUM, quas terra & mare fe-  
 runt, delectabant (u). Postquam verò *Fortuna* caput Ro-  
 mæ extulit, opesque auxit, melius in AURO omen erat. De  
*Octavio Augusto Suetonius* (w) prodidit, quod festos & solen-  
 nes dies profusissime celebraverit: Saturnalibus, & si quan-  
 do alias, etiam Calendis Jan. libuisset, modò munera divi-  
 sit, VESTEM, AURUM & ARGENTUM; modò NUM-

MOS omnis notæ, etiam veteres regios, qui Regum tempore in usu; & peregrinos, qui Romani non erant, elargitus fuit. Consules etiam NUMMOS in populum spargendos, & officio Principum Palatino AUREOS distribuendos curarunt. *Symmachus*, urbis Præfectus, Valentiniano, Theodosio & Arcadio Impp, nomine universæ civitatis, AVRODUCTA MUNUSCULA solemniter detulit (x). Arcadius & Honorius Impp. *UNAM LIBRAM AURI SOLIDI SEPTUAGINTA DUO OBRYZIACI* (y) animo lubenti, sub felix anni initium, susceperunt. Postremò votivorum libellorum, & carminum (z) mittendorum, & inscribendorum, librorum (aa) occasio hinc enata, & hætenus servata fuit. Quod ut hodie apud nos obtinet, ita jam olim apud *Ebraeos* (bb) mellificia & dulces invicem fructus mittere, atque comedere usureceptum erat. Tartari etiam Imperatori suo *MUNERA AUREA*, uniones & gemmas, pretiosissimos pannos & candidi coloris *EVROS* primo anni die mittere dicuntur *Paulo Veneto* (cc). In eo apud nos lapsa Strenarum consuetudo, eoque sensim deducta est, ut pro muneribus *Vota*, post *vota preces*, post *preces Hieroglyphica ista* & Ecclesiasticæ munerations in Ecclesiis manerent (dd). Nisi quod verbi Ministris, qui sacris operantur, eorumque arcibus atque culinibus paululum de aureis, argenteis, esculentis & potulentis muneribus prospiciant boni gratique auditores. Quid inter Conjuges, Parentes atque liberos, Dominos atque servos ad instar *strenarum* hodie valeat obtineatque, pueris notum atque compertum est (ee).

(a) *Fast. lib. 1. dist. 93. 97. seqq.* (b) *Quarum meminisse Martialis lib. VIII. Epigr. 33. dist. 6. Itemque Seneca Epist. XXCVII. his verbis: Pugillaria & carica quotidie mihi novum annum faciunt. Carica ficus arida sunt ex Caria, ubi frequentes, qua in gustum & prandium olim cesserunt. Foesig in Occon. Hippocr. multa de xapóvη habet, quem*

quem vide. Caryota epant palmarum poma, à καρυον, nucē ita ai-  
 Ha. Vid. Salmafius in Solin. p. 1319. Senfelebius in Nuc. Saturn. c. 16.  
 n. 6. (c) lib. XIII. Epigr. XXVII. p. m. 330. Aurea porrigitur Jani  
 caryota calendis. (d) lib. VIII. Epigr. 33. p. m. 196. Hoc linitur  
 sputo Jani caryota calendis. Operiebantur enim caryota tenuissimis  
 quibusdam bracteolis, quas heic sputo, supra dist. 2. nebula comparave-  
 rat. Noli igitur pro sputo cum var. lect. lutum legere; nec cum Scali-  
 gero in lib. 1. Tibull. tenne corium, crustam vel testorium ex pane sili-  
 gineo madido confectum intelligere; nec cum Farnabio sputu per gum-  
 mi in deaurando adhibitum interpretari. (e) ll. adductu. (f)  
 lib. 1. c. 16. de Rom. Quem locum à Politiano terse versum vid. p. 41. (g)  
 lib. 1. Fast. dist. 115. (h) Ad Suetonium in Octavio Aug. c. LXXV. his  
 verbis: Notam illorum nummorum fuisse ex unâ parte effigiem ca-  
 pitis Jani, ex altera navis. Conf. Excell. Dn. D. BOKELIUS in Diatrib.  
 Philol. de N. A. c. X. (i) l. c. dist. 117. 118. (k) Apud Athenaeum  
 Deipnos. lib. XV. c. 13. (l) l. c. dist. 95. 110. (m) Loca illorum supra  
 adducta vide. (n) in Geponic. his verbis: Λέγεται ἡ καρυτὴ πωτὴ  
 Δάφνης, ὅτι ὑγίαις ἐργασίον ἐστὶ, ὅθεν καὶ Φύλλα αὐτῆς ἀπὸ δο-  
 λοῦ εἰς ἀρχαῖα ὠδοῦ εἰς δῆμον τῆ πρώτῃ τῆ ἰαυθα εἰς μύδος καὶ ἰχθῆ-  
 δεῖς. (o) lib. III. de laud. Stilic.

Tum virides pardos & cætera colligit austrâ  
 Prodigia, immanesq; simul Latonia dentes,  
 Qvi lecti ferro in tabulas auroq; micantes  
 Inscripti rutilum, celato Consule, nomen

Per proceres & vulgus eant. (p) Lib. VIII. Epigr.

XXXIII. dist. 6. (q) La. C. de Adv. divers. Jud. (r) Qua per Stre-  
 nas explicat Glossa Accursiana. Sed Cujacio lib. XII. obs. 2. per mercedem  
 exponi videntur. Cui assurgit CL. BOKELIUS l. c., quem omninò vide.  
 (s) idq; ex L. 6. ff. de Offic. Cons. probare conantur. (t) lib. XIII.  
 Quem Xeniorum nomine inscripsit, ubi aromata, olera variaq; oblo-  
 nia refert. (u) Quod testatur Herodianus lib. 1. in vita Commodi-  
 (w) cap. LXXV. p. m. 88. (x) Conf. Epist. Symmachi supr. c. 1. § XV.  
 transcriptam. (y) L. VII. Cod. Theodosii. XXIV. de obl. voto-  
 rum. Ubi, quid hoc rescriptio dictum sit, immane quantum se Com-  
 mentatores macerant. Vid. Jac. Gothofredu ad b. l. & B. Joh. Strau-  
 cbium

chium in Diff. ad L. fng. Dissertationibus Academicis anno 1711. (2) Vid. Tibullus lib. II. Eleg. IV. d. 7. ubi amica libellū misit. (aa) Censorinus inscribendi libri de Die Nat. hinc ansam arripuit. (bb) V. Buxtorffius Synag. Jud. c. XXIV. p. m. 498. (cc) l. superius cit., (dd) Vid. G. L. M. Martinus LIPENIUS, Vir de orbe literato egregie meritus, in Strenarum Ecclesiast. dedicat. ab initio. (ee) Vid. Magnif. Dn. D. Joach. HILDEBRANDUS, Ecclesiarum Lünburgicarum Praesul Gravissimus, in de Natalitijs Veterum lib. c. XII. p. 75. Cujus haec verba: Imò inde puto morem oriundum, quo Parentes in vigilia festi liberis suis crepundia, cistellas, vestes, eqvos, vehicula, poma, pira, nuces, melicerides &c. donent,

§. IV. UBI? Locus dandis accipiendisq; olim STRENIS destinatus, pro variâ Strenarum oblatione, nunc publicus, nunc privatus erat. Publicus ab initio intra urbem Romam, deinceps quoq; extra eandem designabatur. Sicuti enim prudentiores Romani QVIETI Dea ante urbem in via Lavicanâ fanum dicaverant; ita Agenoriam, quæ ad agendum excitaret, Stimulam, quæ ad audendum ultrò exstimularet, STRENUAM, quæ strenuum faceret, INTRA URBEM non procul à sacra via colebant, & publica illis sacra constituebant (a). Ex hujus STRENÆ SACELLO primas easq; herbaceas accepisse strenas Tatium læpius dictum est. Octavium, cum adhuc Consulatus honores gereret, die Calendarum Januarii pro ÆDE CAPITOLINI JOVIS, sellâ curuli paululum sedisse, & strenarum fortassis, honore abiisse Tranquillus (b) auctor est. Eodem teste (c) idem Octavius, sed Imperator, in CAPITOLIO strenam suscipere consueverat. Imp. Caligula calendis Jan. in VESTIBULO ÆDIUM palatarum stetit, strenasq; recepit. Usitatissimè enim Cæsares ex Imperatoriis ædibus prodibant, & recepturi strenas se in atrio ædium sistebant. Reliquis autem omnibus, Strenarum diem celebraturis statuit Commodus, ut ex ipso gladiatorio ludo in PUBLICUM prodirent (d). Tacitus (e) Imp. DIVORUM TEMPLUM fieri jussit, in quo essent statuæ bonorum Principum, ita ut  
Calend.

Calendis Januariis & votis libamina ponerentur iisdem. *Anastasius* (f) Imp. iusserat, clarissimos fisci patronos solemniter die Calendarum Jan. inter spectabiles sacri *CONSISTORII* comites consequi solatia. Similiter *Ammianus* (g) perhibet Rerum actores in *CONSISTORIO* hac festi solennitate accepisse aurum. Reliqui Imperatores illis etiam in locis strenas fumebant, ubi Ipsi commorandum erat. Sic Imp. *Arcadius* atq; *Honorius* Basilio, urbis Praefecto, *MEDIOLANO* (h), Italiae metropoli, rescribunt, quod strenam lubenter acceperint. Neq; fit verosimile per caeteras Romanorum provincias haec Calendarum solennia prorsus friguisset. Inter privatos quilibet dona, quae mensam ornare & onerare poterant, domum amici mittebant, indeq; recipiebant. Pleriq; per ambulationes & angiportus, ut cominus a quovis aestimari possent, munera haec ultrò citroq; ferri iubebant (i). Specialiora loci Strenarum *ἡμισουλῆς* reperire vix potuimus.

- (a) *Vid. Phil. Camerarius Horar. Subcis. cent. i. c. XV. p. m. 90. cent. III. c. L. p. 186.* (b) *in vit. Oct. c. XXVI p. m. 61. Quam sententiam Torrentius ad h. l. probat. Sed refragatur Casaubonus, quae si ea non fuerit Consuli causa veniendi in Capitolium, omnes enim Consules, consulare sacrum facturi, eò ascendebant. Sed unius rei plures possunt esse fines.* (c) *c. LVII. p. 78.* (d) *Teste Herodiano, l. c.* (e) *De quo illud Fl. Vopiscus, Hist. Romanus, in vita Taciti refert.* (f) *Aug. Eusthatio l. IV. C. de Adv. divers. Jud.* (g) *lib. XVI. Hist. Rom.* (h) *Quod ex rescripto superius adducto constat. Fallere autem interdum scripturam, & pro Mediolani alibi legi Mediana, quae Nassi, Thracia urbis, suburbium erat, annotavit B. Jo. Strauchius, l. c. n.* (i) *V. Libanius in Εμφερίσει Κάλανδ.*

§. V. **QUIBUS AUXILIIS?** Per auxilia haec loci & medias personas, quae absentium Dominorum loco Strenas acciperent; & medias res, quae tanquam instrumentis Strenarum copiam comprehenderent, intellectas volumus. Aberrat *Augustus* (a) Romae, & nihilominus oblatas in Capitolio Strenas, forte non sine *FIDEI COMMISSIS*, ab omni ordine

D

re



reperat: Consules nunc propriâ manu, nunc *MINISTRO-*  
*RUM* ope nummos in populum lparfisse & distribuisse *Li-*  
*banus* (b) testis est. Senatus Populusq; Romanus suis  
urbis *PRÆFECTIS* (c) solemniter committebant, ut Princi-  
bus nova novi anni munera publico civitatis nomine offer-  
rent. Clientes etiam Curialibus, Curiales Principalibus, Hi  
Principalibus aperta munerum obsequia, vertente semper año,  
dabant (d). Sicuti autem animus accipientis erat partim in-  
genuus & dono contentus, partim rapax & habendi cupi-  
dus, ita duplici nomine & caractere hanc animi differenti-  
am indicant Autores. Rapina per *manum cavam* expressa;  
ingenua rei acceptio & liberalis usurpatio per *sinum toga ex-*  
*pansum* significabatur (e). Sic quosdam caufarum Actores  
non, ut moris erat, expansâ chlarnyde, sed utrâq; manu  
cavatâ aurea munera accepisse tradit *Ammianus* (f), ut Im-  
perator dixerit: *rapere, non accipere sciunt agentes in rebus*. Po-  
pulus ex adverso, qui Caligulæ Strenas porrexit, eas plenis  
ante Eum manibus & sinu effudit (g).

- (a) *Vid. Suetonius in Vit. Octavii. c. LVII. p. m. 78.* (b) *in Ex Op. Cal-*  
*lend.* (c) *Quod exemplo Symmachi & Basilij, utriusque Præf. Urb.*  
*ex superioribus videre est.* (d) *Quod B. Jo. Strauchius innuere video*  
*ur his verbis: Id volunt Imp. nostri, ut uniuscujusq;ve, nempe Curia-*  
*lium, sedulitas Principalibus suis hæc inferat, & Principalium sedulitas*  
*Principalibus deferat. l. c. c. IV. Conf. Epist. Symm. c. i. §. XV. in alleg. a.*  
*citata hæc verba: Saccipite à Judicibus aperta obsequia.* (e) *Conf.*  
*Dempsterus ad Rosini Antiqu. lib. i. c. XIII. p. 30. Loca Autorum, quæ hanc*  
*in rem adducit, omninò observa. De Augusto quoque dixerat Suetonius,*  
*quod cavam manum asses porrigentibus præbuerit, c. XCI, p. m. 95. (f)*  
*c. XVI. Hist. R. (g) V Suetonius c. XLII, p. m. 166.*

§. VI. CUR? Quid Romanos atq; Sabinos (a) pri-  
mum impulerit, ut Strenas darent atq; reciperent, quidq;  
Strenæ definiverint, paucis dicendum instat, Erant Stre-  
næ nunc *εὐχαεστια*, nunc *εὐκρησθ*. Illis Deos, Deasq; placab-  
bant

bant, & Magistratum solabantur (b); *his* ad plus dandum & ultra audendum invitabant (c). Quibus adhuc duo accedebant fines, nempe ut Majestatem Imperii Rom. felicitatemq; suam servarent (d). Deinde ad illam stipem impellebat pecuniæ cupiditas, quam in Caligula notat Tarquinius (e), & in universo populo Romano Ovidius (f). Reliquos cujusvis Strenæ, fructuum sc., mellificii (g), stipis (h), metalli & *Χειροποιήτων* particulares fines recensere longum foret.

(a) *Quos in communitatem originis vocat* CL. LIPENIUS in *Stren. Eccles. Dedic.* (b) *Conf. Epist. Symmachi sup. citatae verba*: Nomen indicio, Viris Strenuis hæc convenire ob virtutem &c. (c) *V. Metelli carm. verba*: Ut ferret Ducibus strenua strenuis annus gesta recentior. (d) *Quam ob rem Tiberius Cas. pro sua Nepotibus vota incunte anno suscipi prohibuit, quod non nisi expertis & atate prove-*  
*ritalia premia tribuenda essent. V. Suetonius in Tib. c. XXXIV.* (e) *c. XLII. p. 166.* (f) *lib. 1. Fast. dist. 109.* In pretio pretium nunc est, dat census honores &c. (g) *V. Ovidius l. c. dist. 94.* Ut res sapor ille sequatur; & peragat cœptum dulcis ut annus iter. (h) *Idem Ovidius l. c. dist. 95.* Pars mihi de festo ne labet ulla tuo. *Noli tamen finem hujus stipis cum stipe Augusti confundere, quam (a) Ille quotannis die certo mendicare solebat, V. Suetonius c. XCI. p. 95, ad exorandam Nemesin, quam semper formidabant, ut perpetuam rerum letarum comitem. V. Plutarchus in Camillo, Emilio Paulo, & Apophthegm. Quam (β) omnes ordines pro salute Augusti quotannis in lacum Curtii, h. e. septum illud in medio foro Romano, ubi Curtii lacus erat, ex voto jaciebant, ut eoloci, quo hiatus ad inferos patuerat, Diæ manes propitij redderentur. V. Suetonius in Octavio c. LVII. p. 78 & Torrensius ad h. l.*

§. VII. QVOMODO? Primum incipientis anni diem piè, devotè, solemniter, hilarè prorsum & modestè olim transigebant, eumq; simul lætis precationibus faustum ominabantur (a). Hinc illo die nil nisi bona, læta, benè ominata & solemnibus formulis: *BONUM FACTUM. QVOD F.F.F. Q. SIT! FELICITER!* &c. (b) concepta verba audiebantur. Contrà à malis nominibus, barbaris & profanis vocibus (c), tristibus

luctuosis actibus, (d) ultimisq; suppliciis (e), ordinariâ religione, abstinebant. Vota ipsa primum concipiebantur, deinde inscribebantur, post signabantur (f), deniq; Deorum statuis, maximè genibus, cerâ affigebantur (g). Hilce votis *munera* sæpe significata, sæpe iisdem juncta fuerunt (h). Quæ nemo vi, sed religione & voluntate coactus faciebat, & precibus quandoqve instinctus solvebat. Sic de *Tiberio Cæsare* scribit *Tacitus* (i), quod solemnia incipientis anni *Calend. Januarii* epistolâ precatus fuerit. Cæteri *Quirites* hoc *Strenarum* die, cum aurora subluere & gallus cantare cæperit, partim lauri ramis aliisq; coronamentis suas qviq; fores ornabant, partim candidis aut purpureis vestibus induti eorum altorem circum fana, ardentibus tedis, deducebant (k). Equitem sequebantur ministri, qui nummos in populum spargebant (l). Reliqua novi Anni solemnia, quæ precibus & sacrificiis (m), renovato idolorum cultu (n), candido vestium habitu (o), eleganti ædium atq; larium ornatu (p), publica Magistratuum mutatione (q) & honorum collatione; comitorum (r), conviviorum (s), ludorum (t) aliorumq; rituum auspicali lætitiâ & superstitione (u) peragebantur, heic prolixè recensere non attinet, quia festivos *Novi* quidem *anni*, sed non proprios *Strenarum* modos expriment. Quis apud *Judeos* (w), *Judos* (x), *Tartaros* (y), *Japonenses* (z), nosq; *Germanos* *Strenarum* offerendarum modus obtineat, singulorum Scriptores suo loco docebunt.

(a) *Adi Plinium maj. lib. XXVIII, c. 2. Junge Ovidium lib. 1. Fast. dist. 36. Nunc dicenda bona sunt bona verba die. Quinimò in Rom. Sena. 24 quodragies & sexagies Imperatoribus acclamatum fuit: Vivas! Valeas! multis annis calendas istas celebres! Dii Te nobis præstent, Auguste! Dii Te servent verecundiæ Tuæ, Prudentiæ Tuæ, Castitati Tuæ, Innocentiæ Tuæ! Vide loca à Ruperto citata in Mercur. Epist. 113. Castellam vororum ex Jano sciscitatus Ovidius lib. 1. Fast. d. 89. Omnia principiis, inquit, inesse solent.* (b) *Vid. de his Paræum comment. in Musæi Erotopagn. v. 273.* (c) *De quo Plutarchus lib. de Super.*

perstit. Quò etiam collimare videtur Ovidius lib.V. Trist. eleg. 3, d. 3.  
 (d) Quare Commodus secundum Consul designatus cum ipse Galens  
 die Jan. perisset, ab Adriano, quia VOTA interveniebant, lugeri esse  
 veritus. Vid. Spartianus in *Elie Vero*. Conf. Scheckium in lib. 11.  
*Velleji*. Gutherum de *Jure Pontif. lib. IV. c. 13*. (e) Hinc quere-  
 batur Titius Sabinus: Sic inchoari annum, has Sejano victimas ca-  
 dere. V. Tacitus lib. IV. *Annal. c. 70, §. 2*. (f) V. Svetonius in *Octa-  
 vio Aug. c. XCVII. p. m. 100*. Plinius lib. X. *Epist. 44. ad Trajan.* (g) Hinc  
 illud Juvenalis *Sat. X, v. 55*. Genua incerare Deorum. (h) Quod supra  
 sæpius probatum. (i) lib. IV. *Annalium, c. 70, §. 1*. (k) V. Libanius in *Ex Op.  
 Καλῆδων*. (l) Vid. idem ibidem. (m) V. Lucianus in *Pseudolog.*  
*Tom. III. p. 633*, quia *Dij copotissimum die votis & precibus vacare, a-*  
*nimumq; advertere credebantur*. (n) Cujus moris meminit Petrus  
 Chrysologus *Serm. 155*. (o) Quod ex Horatii lib. II. *Sat. II. vers. 60*  
*verbis conjiciat*. Adde Svetonium in *Nerone c. 50. p. 234*. Conf. Kirch-  
 mannus de *Funeribus Rom. lib. 1. c. X*. (p) V. Bulengerus de *Imperat.  
 Rom. lib. 1. c. 8*. Conf. Ovidius lib. III. *Fast. d. 69. seqq.* (q) V. Plutar-  
 chus *qvæst. Rom. 19*. Conf. *Car. Neapol. ad Ovidij lib. III. v. 147*. (r)  
 Quod ex *Antiquitatum Scriptoribus* probat CL. Bökelius, l. c. c. VII. §.  
 2. sub. fin. (s) Ita Jul. Capitolin. in *Pertinace Imp. memorat*, quod *Cal.  
 Jan. Magistratus & proceres Senatus ad convivium rogaverit*. Adde  
 Libanius in *Express. Calend.* (t) Quorum meminit Sidon. Apollin.  
 De quibus ludis prolixè non minus, quàm eruditè disserit Ulyss. Aldro-  
 vandus de *Quadrup. solidip. de Eqvo subrit. de Usu Equorum in ludis*  
*p. 137. E.* (u) Sc. profelicitate anni futuri indagandâ, quàm à crepi-  
 tu lauri intensiori & remissiori augurabantur. Vid. Tibullus lib. II.  
*Eleg. 5. d. 41. seq. itemq; à crepitu ventris, conf. Saligerum lect. Auson.*  
*lib. 1. c. 25*. (w) Quomodo se præparent ad ineuntes anni festum, docet  
 Buxtorffius *Synag. Jud. c. XXIII, p. 485 seqq.* Quomodo illud cele-  
 brent, docet idem *cap. XXIV. p. 493. seqq.* (x) Quorum Philosophi  
 ad Regis fores veniebant, & quicquid elapso anno composuissent, vel de  
 fructibus, animalibus & Repl. observassent, in medium proferebant.  
 Et si quis ter mendax deprehensus fuisset, ei per totam vitam ex lege  
 silentium indicabatur; qui vera dixerat, immunis & ab omni tribu-  
 to exemptus censebatur. Vid. Strabo lib. XV. *Geogr. p. 703. D. Edit. Ca-  
 saub.* (y) Quorum ritus prolixè refert Paul. Venetus *Descript. Tare-*  
 D3 lib.

lib. II. c. 15. quod albis induiti vestibus ad Regis aulam confluant, ibique  
 confidentibus aliis, surgat unus, & alta voce clamet: Inclinate & ado-  
 rat. Quâ inclinatione & adoratione quatuor vicibus factâ ad al-  
 tare in aula positum solenniter suffumigant, &c. Denique, perquam  
 solemniter prandio aliisq; festivitatibus peractis, finiuntur calendæ. (2)  
 Quorum devotionem Imperatoribus suis novo anno exhibitam recenset  
 Dn. Erasmus Francisci im Neu-polirtem Geschichte/ Kunst und Sitten-  
 spiegel lib. II. c. XII. p. 447. seq. Beym Antritt des neuen Jahrs/ vom  
 neunten Tage des Monats bis an den 20. desselben/ warten die Fürsten  
 und Landherrn Ihren Königen mit einer Visite, Gruß und Geschenk auff.  
 Solche Geschenke bestehen meistens in einer grossen Anzahl Papiers/ gül-  
 denen Jüggern/ zierl. gemachten Wehren/ und andern dergleichen Sü-  
 cken. Und solche Bewohnheit wird schon von alten Zeiten her am Kays-  
 Hofe beobachtet. Gestaltfahm der Kaysrl. Gemählinn und Mutter glei-  
 che Ehre wiederfähret. Selbige Visiten und Neu-Jahrs Grüsse läßt der  
 Kaysler zwar durch eine lange Reihe Gemäcker in sein innerstes für sich  
 kommen/ so mit schönen Gold-gewirchten Tüchern behangen: giebt a-  
 ber/ so woll des Orths/ als Seiner Person hoher Majestät halben/ auff ihre  
 Gruß-Worte gar keine Antwort; sondern neiget allein den fürnehmsten  
 Bonziern zu Ehren Seinen in der Hand haltenden Tugger ein wenig.  
 Solcher gestalle werden die von der höchsten Ritter-schafft für Ihm gelas-  
 sen: Denn andere gemeine Leute/ ob sie gleich noch so schöne Gaben bräch-  
 ten / erlangen auff keinerley weise bey Ihm einen Zutritt.

§. IIX. QUANDO? Plerumq; & cum primis sub  
 INEUNTIS ANNI (a), communi usu politici, auspicia offe-  
 rebantur STRENÆ. Speciatim ipsis olim Martius, post Ja-  
 nuariis CALENDIS ille Strenarum dies solemnis & sacer erat.  
 Quem CL. Dempsterus (b) idcirco inter præcipua Romana-  
 rum solemnitatum festa referendum æstimat. Sed Libani-  
 us (c) & ante & post Calendas STRENARUM obtinuisse com-  
 mercium accuratè observavit. At verò pro Imperato-  
 rum salute Imperiique æternitate vota solemniter nuncupa-  
 bantur die III. post Cal. Januarias (d), seu A. D. III. Nonas  
 Januarias, i. e., ante diem III. Non. Jan. (e). Ad testimo-  
 nia,

nia, quævis vota, ipfis quoq; Jan. Calendis soluta, probari videntur, variè respondit *Lipſius* (f). Dimanavit deinde festivus ille tertii diei ritus ad Christianos quoq; Principes. Græcis Imperatoribus iisq; Christianis eadem solemnia usu recepta fuisse docet Constantini M. calendarium, in quo ad III. Nonarum Jan. votorum nuncupatio adscripta legitur. *Giraldus* (g) autem & *Dempsterus* (h) pridie Non, votum pro salute principis, in Calendariis suis notant. Uti *Festus* *Strenæ* vocabulum paulò laxiùs accepit, ita quoque indefinitè hanc temporis differentiam, *STRENAS* sc. *DIE RELIGIOSO* fuisse datas definivit. Relinquitur tamen *CALENDAS* potissimum *JANUARIAS* Gentilibus fuisse sacrâ pariter ac profanâ festivitate omninò solemnnes. *Christiani* (i) ex adverso hâc Strenarum die nec gentilitatis errori se immiscebant, nec allelujah cantabant, nec quicquã, nisi piscem olusq; comedebant, nec supplicio martyriiq; affligebantur. Cœteri deinceps populi, pro diverso annorum quilibet suorum initio, paria ferme cum Romanis fecerunt: *Judæi* (k) ad septimi mensis *TISRIT* initium mellificia; *Chinenses* (l) ad primum *MARTII* novilunium sportulas aliaq; munera; *Persæ* (m) ad X. Martii diem, quem *NAURUM* aut *Neuruz* vocant, lautitias; *Tartari* (n) ad *FEBRUARII* calendas aurea munera; *Japonenses* (o) à IX. ad XX. primi mensis diem chartas, ventulos & arma offerebant, & ultrò citroq; missitabant.

(a) Ita præ cæteris *Herodianus* lib. I. c. 16. Νέξ μὲν ἃ ἔτις τῆς ἑορτῆς ἕμελλεν ἡμέρας σέβασί τε τῶ ἐορτῶ Γραικοῖσι. (b) In *Paralip.* ad *Rosini Antiq. Rom.* c. XIII. p. m. 29. (c) In *Expresf. Calend.* (d) Quod testatur integra locorum seges ab aliis notata. *Vid.* *Lipsum* ad lib. XVI. *Annal. Tac. Bulengerum de Imp. Rom.* lib. 1. c. 95. Idem quoque docet *Cajus* in *L. si calvitur.* 233. §. 1. ff. de verbor. Sign. (e) Cujus formula Romana causam exponit *Scaliger de Emend. Temp. lib. II.* p. 174. A. B. (f) l. c. (g) Ex quo illud compilarit *Dav. Heinsius*, & ad *Festorum Ovidij* calcem adjecit, p. edit. sua 128.

Tom.



bant annum (c). *Fertilitatem anni* poculo, aquâ vel vino refero inq; mensa, tempore noctis, quæ Jan. calendas præcedebat, posito explorabant; quod, si exundasset, fertilitatem; sin minus, annonæ caritatem significare putabant (d). Similia de Ægyptiis *Oleaster* (e) refert, quod ultimo anni die mensam variis ferculis ad futuri anni fertilitatem cognoscendam instruxerint. *Vite officij*, eventus simili superstitione sibi præscripsit *Hadrianus* (f) Imp., mathesin enim sic scire visus est, ut *serò* (i. e. *horis subsiis*) Calendis Jan. scripserit, quid sibi toto anno evenire posset. Ita ut eo anno, quo periit, usq; ad illam horam, quâ mortuus, scripserit, quid acturus esset. Inter supersticiosos ritus & hic recenseri debet, quod nil è domo suâ illo die in alienam, alterius commodo, transferri siverint, non ignem nec ferrum, nec aliud beneficium (g); ne subsequente anno ex hac domo aliorum bona fortuna abire videretur. Reliqua in electione rerum atq; verborum, ad strenarum oblationem requisitorum, auguria ex superioribus repetenda petimus.

(a) *Cap. I. §. XI. Et alibi.* (b) *Quod ex Seneca verbis, quæ lib. VII. de Benefic. c. X. scripsit, coniecimus:* Quid fœnus & calendarium & usura, nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsitâ nomina. *Similiter lib. I. de Benef. c. II. dicit:* Nemo beneficia in calendario scribit. *Conf. Eiusdem Epist. XIV. XXCVII.* (c) *De quo ritu Tibullus lib. II. Eleg. V. dist. 41. 42.* Ut succenta sacris crepitet benè laurea flammis,

Omne quo felix & facer annus eat.

At laurus bona signa dedit, gaudete coloni!

Distendet spicis horrea plena Ceres. (d) *In quam idololatriam apud Ethnicos, maximè in Ægypto & Alexandria, usque ad hunc usque inveniatur Hieronymus lib. XVIII. in Esaiam.* (e) *Comment. in Es.* (f) *In cuius vita illud Ælius Spartianus refert. Ad quem locum videatur Casaubonus & Salmasius, qui serò diversimodè explicant.* (g) *Cujus superstitionis meminit Augustinus Serm. de Calendis Jan.* Sunt, qui calendis Jan. ita auguria observant, ut focum de domo suâ, vel aliud quodcumque beneficium cuiquam petenti non tribuant.

E

§. III.



§. III. Ufu quoq; publico receptum erat, ut ipse Annus, à Consulibus recens creatus, auspicium suum sumeret. A Quorum magna & auspicali felicitate totius anni fortuna pendere, amnis- que aperiri credebatur (a). Habitus quoq; Consularis istius electionis novus & insolens erat, ut splendore hoc egregio populus omnis in admirationem Magistratus & venerationem eò facilius raperetur. Sed Romanorum extremi, quæ vulgi petulantia est, exag- taturi publicos eligendi vestiendique ritus, suos sibi iudices jocular- res fingebant, vestes obscenas induiebant; mares cum fœminis indumenta permutabant, in bestias se transformabant, larvas hor- rendas variasq; personas assumebant, eoq; sæpe monstroso habitu per publicos vicos & campos discurrebant (b). Et sicuti Imperator Senatum his quandoque temporibus ad epulas vocare solebat (c), ita quoq; sæx hominum in publicis sæpe plateis compotationes & commestationes instituere solebat (d). Quibus sumptuosi ludi (e), voce & manibus horrendæ choreæ (f) & cantilenæ impudicissimæ (g) adjungi solebant.

(a) *Quod ex Sidonij Apollin. de Imperat. Anthemij consulari, versibus liquet:* Auspicio & numero fasces, Auguste, secundo

Erige, & effulgens trabealis mole metalli

Annum pande novum.

*Conf. Claudianus lib. IV. de*

*Conf. Honorij. Statius lib. IV. Sylv. car. 1.* (b) *Quod Divi Patres pas- sim notant & intermitti jubent. Chrysostomus, Tertullianus, Ma- ximus, Asterius Aliiq;.* (c) *Id Julius Capitol. in Pertinace Imp. lau- dat, quod Calendis Jani Magistratus & Proceres Senatus ad convi- vium rogaverit, &c.* (d) *Quod Libanius ad vivum describit: Ne- mo adeo paupertinus est, qui non lautiore cibo expleatur, hujusmodi enim epulis tempus illud scattet, & in omnium manibus omnia sunt, perinde ac si terra profunderet, &c.* (e) *Libanius tesserarum memi- nit, quarum tanta contentio, ut cum die noctem consumpserint.* (f)

*De hoc saltandi genere, quod Græci Βάλλειν χῆρας vocant, V. totū Lu- ciani libr. τῆς ἐρχήσεως. ἢ πορχήσεως. s. choreas vocales Athenæi lib. XIV. exponit.* (g) *Quales jam suâ aetate prohibuit Edgarus, Rex Angliæ, A. C. 999. Can. 18, qui reperitur inter leges Anglo-Sax. veteres à Lombardo editas: And we lârach) that man geswiec freolis dagum hæ- thenta leofa etc.* Docemus etiam, ut in festis diebus unusquisque ab-

stineat à carminibus gentiliū profanis,

§. IV. Præ

§. IV. Præ cœteris autem barbara illa *VERICOLÆ & CERCOLÆ*, aut *VETULÆ & SERVULI*, aut *VECOLI & CERVOLI* nomina barbaros & turpissimos Paganorum ritus arguere videntur. Si primam lectionem cum *Marcello Donato* (a) eligis, rem ita exponi scias; ac si *STRENÆ* cum voto ad singulare aliquod Numen, v.g. ad *Cererem* profelici frugum proventu, vel ad *Venerem* pro suscipienda prole mitti consueverint. Inde *Strenas* illas *Cericolas*, qf. *Cerericolas*; has *Vericolas* qf. *Venericolas* appellatas putant. Si secunda lectio *Jo. Hornbeckij* (b) placet, sensus eò recidet; ac si sub *servulorum & vetularum* deformium personis histrioniam egerint larvatam. Si tertiam cum *Sirmondo Vossio* (c), *B. Jo. Strauchio* (d) verosimilem probas; à pelle *cervinâ & vitulinâ*, quâ induti cursitare, gesticulari & vitulari solebant, interpretationem optimam capi intelliges (e). *JOCTICOS* quoque lusum fecisse Gentiles passim docemur. Sive per illos intelligas *homines, corio pilis abrasis præparato* larvatos, sive *joculos & gesticationes* ea *Strenarum* die patratas (f), nobis æquè verum, quàm incertum est. Compluribus Calendarum ineptiis & sordidissimis *Strenarum* abusibus recensendis superfedere licebit.

(a) In *Elucidationibus ad Svetonij Tiberium, Thesauro Critico insertis, Tom. VI. c. 34.* (b) In *Comment. ad Bullam Urbani VIII. p. 231.* (c) *de vitiis Serm. lib. III. c. 4.* (d) in *Kalendis Jan. vel ad tit. de Vor. obl. c. V.* (e) *Biculam, h. e. cervi faminam intelligit Salmasius in Solin. p. 227. D.* (f) *V. Ludov. de la Cerda Advers. sacr. c. 141. §. 184.*

§. V. Cùm igitur civilis *STRENARUM* ritus tantis impedita & contaminata esset vitiis, illarum consuetudo ab ipsis primum Romanis vel *imminuta* vel ad tempus *interdicta* fuit. Illud sub *Tiberio* contigit, qui non planè quidem *Strenarum* commercium sustulit (a), sed ne ultra *calendas Jan.* exerceretur, edicto prohibuit (b). Hoc sub *Claudio Imp.* factum, qui non modò omni turpi *ἀγγορίῳ* exactiōne abstinuit (c), sed & *ἀγγορίῳ* offerre interdixit (d). Constitutione quoq; *Leonis & Majoriani* (e) *Curialibus* hæc *Strenarum* oblatio remissa fuit. Hinc *calendæ ἀγγορί!*

(a) *Uti volumi Dio Cassius lib. 55.* (b) *V. Svetonius in Vita Tib. c. 34. p. m. 123.* (c) *De quo illud refert Xiphilinus.* (d) *Quod testatur Dio Cassius lib. 69.* (e) *Tit. 1. de Curial. ad Basilium Pref. P.*

§. VI.


§ VI. Quia deniq; multi ex gentilitate conversi execrabi-  
 les Strenarum abusus retinebant, aut alii Christiani pessimis pagano-  
 rum rituum exemplis seducti eosdem imitabantur; factum est, ut per  
 tot Pontificum anathemata (a), conciliorum canones (b) & divorum  
 Patrum dehortationes (c) STRENÆ Diabolica Christianis pro-  
 hiberentur, & penitus abrogarentur. Antiqua enim Ecclesia ad sup-  
 primendam τῶν Ἱερούων καὶ μεμνημένων gentilium conse-  
 crationem, & averfanda superstitiosa religionum & sacrorum auspi-  
 cia, renovata Deorum simulacra, privatorum operum libamina,  
 aliaque ἑθνητικὰ, ipsis Calendis Jan. in publico luctu,  
 additis jejuniis & litanis, vivebat. O si omnis gentilitia calen-  
 darum atq; Strenarum abusus tandem quoq; inter nos desisfet; illius  
 sanè festi, quod Christum nobis natum docet, multò religiosiores es-  
 semus, quod non alià magis de causâ transformare nobis Satanus labor-  
 rat, quàm quod ipsi maximopere displiceat, uti in nupero progr. Na-  
 talitio Magnificus noster J. C. SCHOMERUS, more suo, h. e. accuratè  
 differuit. DEUS nos protegat & ab omni malo liberet, CUI SOLI  
 GLORIA!

(a) Inter alia Zacharia P. R. damnatoris Strenarum sententia eminet,  
 que talis: Ut nullus Calendas Jan. & Broma colere prælumpferit, aut  
 mensas cum dapibus in domibus præparare, aut per vicos & plateas can-  
 tationes & choros ducere, quod maxima iniquitas est coram Deo, ana-  
 thema sit. Quod Gratianus collegit & Ant. August. lib. ad emendationem  
 Gratiani II. Dial. 1. pulchrè explicuit. (b) Conf. Balsamonem in can. 61.  
 62. & 65, Montacurium Orig. Ecclesiast. part. prior. à n. 135. V. Can. 1.  
 Conc. Antissiodorensis. A. C. 578. habiti. b. m. Non licet calendis Jan. ve-  
 volo aut cervolo facere, vel strenas Diabolicas observare & c. Quid Au-  
 gustino tribuat Gratian. decret. compiler, V. can. XVII. caus. 27. q. 7. de  
 Cal. Jan. Adde Patres concilij quinisexti, A. 692. Constantinop. agitati,  
 in Trullo can. 66. Item Canones synodi Turonensis II. Concilij Laodicensis  
 & c. (c) V. Tertullianus lib. de Idolol. p. m. 733. Edit. Basil. Ambro-  
 sius Serm. XVII. Augustinus Serm. de Temp. 215. ita: Si adhuc agnosca-  
 tis aliquos illam sordidissimam turpitudinem de hinnula vel cervula  
 exercere, ita durissimè castigate, ut eos poeniteat rem sacrilegam com-  
 misisse. Exstat quoque inter sermones Maximi Taurinensis bo-  
 nificia inscripta: De Calendis Jan. in crepatio. Conf. Martinus Bra-  
 carenfis c. 74. Berthardus in poenitentiali lib. 19. Alij passim.

TANTUM!







the scale towards document

Præ cæteris autem barbara illa *VERICOLÆ & CERITULÆ & SERVULI*, aut *VECOLI & CERVOLI* nominibus turpissimos Paganorum ritus arguere videntur. Si nem cum *Marcello Donato* (a) eligis, rem ita exponi *STRENÆ* cum voto ad singulare aliquod Numen, v.g. felici frugum proventu, vel ad *Venerem* pro suscipiens consueverint. Inde *Strenas* illas *Cericolas*, qf. *Cerericolas* qf. *Venericolas* appellatas putant. Si *secunda* lectio *Jo. placet*, sensus eò recidet; ac si sub *servulorum & vetularum* personis histrioniam egerint larvatam. Si *tertiam*, *Vossio* (c), *B. Jo. Strauchio* (d) verosimilem probas; & *vitulinâ*, quâ induti cursitare, gesticulari & vitularum interpretationem optimam capi intelliges (e). *JOCTI* us fecisse Gentiles passim docemur. Sive per illos *ines, corio pilis abrasis preparato* larvatos, sive *joculos & sea Strenarum* die patratas (f), nobis æquè verum, in est. Compluribus Calendarum ineptiis & sordidarum abusibus recensendis superfedere licebit.

*adationibus ad Suetonij Tiberium, Thezaur. Critico insertis,*  
4. (b) In *Comment. ad Bullam Urbani VIII. p. 231.* (c) *m. lib. III. c. 4.* (d) in *Kalendis Jan. vel ad tit. de Vor. obl. p. 114.* (e) *in Solin. p. 114.* (f) *V. Ludov. de la Cerda Advers. sacr. c. 141. §. 184.*

Cum igitur civilis *STRENARUM* ritus tantis impedita esset vitiiis, illarum consuetudo ab ipsis primum *minuta* vel ad tempus *interdicta* fuit. Illud sub *Tiberio* non planè quidem *Strenarum* commercium sustulit a *calendas Jan. exerceretur*, edicto prohibuit (b). Hoc factum, qui non modò omni turpi *ἀγχιόρις* exacti (c), sed & *ἀγχιόρις* offerre interdixit (d). Constitutionis & *Majoriani* (e) *Curialibus* hæc *Strenarum* obavit. Hinc *calendæ ἀγχιόρις!*

*ante Dio Cassius lib. 55. (b) V. Suetonius in Vita Tib. c. 34. (c) De quo illud refert Xiphilinus. (d) Quod testatur lib. 60. (e) Tit. 1. de Curial. ad Basilium Pref. P.*

§. VI.